

Q. F. F. Q. S.

# THESES MISCELLANEAÆ,

QUAS,

*Suffragante ampliss. Senat. Philosoph. in illustri  
academia ABOENSI,*

PRÆSIDE  
VIRO CL.

## DN. ALGOTHO A. SCARIN,

Hist. & Philos. Civil. PROFESS. Reg. & Ord.  
Academiæque Bibliothecario,

PRO GRADU

*publicæ bonorum censuræ subjicit*

## BIRGERUS WIDLUND, *Fac. Fil.* *OSTROBOTNIENSIS.*

In audit. Acad. majori *horis pomerid.* diei X. Julii,  
Anno MDCCLIV.

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg mag. Duc. Finland,  
JACOB MERCKELL.



I. N. 3.

THESES. I.



Ui cum Leibnitio & Hobbio  
sibi aliisque fidem facere  
conantur, sublata libertate,  
imputationem, poenas ac  
præmia nihilo minus habi-  
tura locum, illi, si quid e-  
go judico, etiam admittere tenentur, legem  
Naturæ cum legibus motuum pari ambula-  
re passu,

PRO GRADO

THES. II.

**I**N celebri illa controversia, de *ultima morali* *tatis analysi*, sicut alii, qui Justitiæ Regulas in sola voluntate Dei infelicius, quam nodum in scirpo, quærunt; non facile vi-  
dent portam, quam in*differentismo* mora-  
li

JACOB MERCENARI

Ii Jesuitarum patulam & pronam aperiant; ita qui cum scholasticis & *Grotio* statuunt, legem Naturalem, in ipsa rerum natura usque adeo fundatam esse, ut, si vel maximè nullus daretur DEUS, tamen aliqua esset lex Naturæ, licet imperfectior, ut placuit *Wolfio*: quān ad atheorum Charybdin philosophia sua accedat, acutum, quantum sat est, neque videre sunt censendi.

**THES. III.**

**J**Uſ poenias innocentibus infligendi qui palam & propriè principi concedunt, aut lusu verborum sumum vendere conantur, aut dicunt, quæ non satis cohærent.

**THES. IV.**

**I**Llorum verò a tota mente & a recta ratione defectio non est censenda, qui cum *Conringio* aliisque earundem partium, statuunt, urgente duriori necessitatis telo, civem alioquin innoxium ab imperante cogi posse, ut saluti suæ renunciet, & ad sub-

veniendum publicæ rei, vitam suam incolumentemque diris devoveri, non abnuat, neque recuset.

## THES. V.

**C**Ivis, per injustitiam quisquis in necessitatem moriendi a principe adductus fuerit, si perire malit, quam injuriaæ sibimet illatæ ultorem agere; heroicæ pietatis specimen exhibit ille quidem, exhibuitque *NICOLAUS STURILLUS*, cum ira sæviens *ERICUS XIV.* rex viventium numero euñdem exturbarer: verùm esse factum idem ejusmodi virtutem, quam ex Cathedra quis facilius defendet, quam cuius ipse effector esse velit, manifestum est.

## THES. VI.

**T**Antum abest, ut pro demonstrando imperio mariti in uxorem, ex rationis penu idoneum deponi queat argumentum, ut si vel nativam præstantiam sexus masculini, juxta illud Aristotelis: το ΑΡΡΗΝ φρεσι το τ ΘΗΛΕΟΣ ΗΓΕΜΟΝΙΚΩΤΕΡΟΝ; vel, ad ductum

*Grotii,*

Gratii, in ultroneam subjectionem *prævium spōs.*  
*fæ consensum*, urgeas: non desint tamen exce-  
ptiones, quæ in utramque partem disputan-  
ti honorem victoriæ dubium reddant.

**THES. VII.**

**E**T si consensus, qui a *præsumto nomen*  
habet, physicè fictus sit, eundem ta-  
men morali sensu verum esse, tanto minus  
in dubium vocari debet, quanto certius ab  
indispensabili necessitate hujus vel illius a-  
ctus, ad indubiam alterius voluntatem con-  
cludere, non dictu, neque facto nefas sit  
censendum.

**THES. VIII.**

**Q**Ui, præeunte Grotio, & qui cum ipso  
paria facit, *Wolfo* non dum natis nul-  
lam fieri posse injuriam autumant, illis pro-  
fecto, quo assertioni suæ fidem concilient,  
nihil magnopere deest, nisi argumentorum  
in dicendo vis & efficacia.

**THES. IX.**

**A**rtibus Machiavellisticis Romanensium suam potissimum originem debet doctrina de fide hæreticis fallenda. cui quidem confutandæ, si vel maxime omnes aliæ deessent rationes, sufficeret tamen hæc unica Bodini de Rep. L. 5: 6. „Si infideli & hæretico fidem frangere fas est, dare ne fas est; Si vero fidem dare jus est, datam servare oportet.

THESS. X.

**L**Ex Naturæ prout in immutabili Dei essentia futum agnoscit fundamentum; ita non Divinam, minimè verò humanam admittit dispensationem.

THESS. XI.

**A**N hæc rerum series omnium possibilium optima sit, qui subtilius, quam utilius disputari arbitrantur, videant, si sententiæ affirmativæ suos addant calculos, ne in angustias redacti cum Hattemio tandem statuere cogantur, inter Deum & homines, horreo dicere, nullum dari veri nominis peccatum.

THESS. XII.

## THES. XII.

**O**Mnis veræ sapientiæ principium & ad bene beateque vivendum Lex regia est censenda: *Sui ipsius non prejudicata cognitio.*

## THES. XIII.

**L**Icet Juris consulti naturales non ultimæ caveæ sint in illa opinione, quod quicquid non suo sed principis imperio agat subditus, id non hujus ministerio, cui nil nisi obsequii gloria relictæ, sed præcipientis auctoritati penitus sit adscribendum: In aliis atque aliis actibus, pro parte tamen, voluntarium iniquitatis ministerium juste imputari existimamus.

## THES. XIV.

**Q**Uamquam maris universi terræque domini censeri voluere Græcorum & Romanorum principes nonnulli, latissimeque se extenderit ambitus utriusque imperii: hemisphærii integri non unius dominos fuisse tamen, & si vastissimè destinata successu gavisu-

gavisura fuissent, in modum veteris colosseæ molis, tibicine utrinque fracto, cum strage ingenti in terram brevi prostratum iri, perplexe nemo dubitat.

## THESES. XV.

**Q**ui in disciplina morum actiones nullas, nisi cum lege necessario convenientes aut inconvenientes, atque adeo indifferentes nullas dari autumant, universitatis systema illud improbabâ cura semet excusisse aliis ægre persuadebunt. pro jure naturali æquitatis species venditare identidem, certo certius sunt censendi.

SOLI DEO GLORIA.

